GEBRI ARABIS PHIPOSOPHI SOLERTISSIMI, *RERVMQVE NA*turalium peritiſſimi Περὶ χημείας liber, quem inſcripſit, De inuentione veritatis, ſiue perfectionis, Incerto interprete.

De ſex proprietatibus rerum, ex quibus medicina elicitur.

Cap. I.

CONſiderauimus in noſtris voluminibus, ſecretis, & diuerſis quòd de naturæ principiorũ naturaliũ proprietatibus, quin etiam per experientiam noſtram, & inueſtigationem inuentionis noſtræ omnimodè certam, non inueniemus aliud niſi quòd ea, ex quibus elicitur noſtra medicina, in corporibus tranſmutandis habeant in ſe has qualitatum proprietates. Primò, quòd habeant terrã ſubtiliſſimam in ſe, & incombuſtibilẽ, & in commiſtione aptam ad figendum, non omnimodè fixam cum ſuo proprio radicali humore. Secundò, humiditatem aeream & igneam vniformiter illi terræ coniunctã ſic, quòd ſi vnũ fuerit volatile, ſit & reliquum.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG